Noverint universi quod nos Antonius Font alias Peretjal Petrus Tou Bartholomeus Roig loci de Maria et Stephanus Bonet loci de Alero anno presenti Jurati presentis ville Sancte Margarite habentes
ad infrascripta et alia peragenda plenum posse mediante consilii determinatione celebrati in dicta villa in loco assueto sub die   Gratis et scienter ad bene videlicet meliorandum culturandum
condirecte tenendum et in aliquo non deteriorandum damus stabilimus et in emphiteosim in perpetuum concedimus cedimus et tradimus vobis honor. Matheo Calafat eiusdem ville Sancte
Margarite habitatori presenti et inferius acceptanti et vestris successoribus et quibus volueritis perpetuo Quasdam domos terram et vineam dictam la Tria et clausos iunctos dictis domibus
que omnia sunt tenoris trium quarteriatarum terre sive quod revera fuerit de mes o de manco de pertinentiis possessionis de Aludiola que fuit Joannis Monjo dicti de Aludiola per nos
empte per curiam magnifici Petri Raymundi Çaforteza domicelli de Maio. in civitate Maio. sub die decima octava mensis novembris anno a nat. Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo
proxime preteriti situate in termino presentis ville Sancte Margarite Tenetur sub allodio directo dominio et jurisdictione caballarie de Aludiola dicti magnifici Petri Raymundi Çaforteza
ad presentationem fatice decem dierum et ad mercedem de laudimio et ad vigesimum de decimo ex omnibus expletis in dicta possessione colligendis etiam tenetur per dictum mag.m allodiarium
decem decem quarterias frumenti cens. allodialium in festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti quas nunc recipit mag.cus Raphael de Bilalonga domicellus de Maio. loco et causam habens
a dicto magnifico Petro Raymundo Çaforteza allodiario predicto quas decem quarterias frumenti cens. et allodiales de inde anno quolibet in dicto festo solvetis sine damno et missione
nostri et nostrorum Et affrontantur supradicta que vobis stabilimus videlicet dicte domus et clausos cum quinitanis de Aludiola et cum possessione Joannis Selrich et cum clauso terre Petri Alos
et terra et vinea dicta la Tria affrontatur ex una parte cum terra et fonte Joannis Selrich et ex alia parte cum vinea Joannis Canet et Petri Alos et cum terra Joannis Selrich et ex alia
parte cum vinea et terra dicti Joannis Selrich et ex alia parte cum camino per quem itur a Aludiola et ad alios locos et ex alia parte cum clauso Joannis Selrich. Predictas itaque domos terram
vineam et clausos prout superius affrontant. includuntur et terminantur cum omnibus integritatibus proprietatibus terminis teredomibus pertinentiis introitibus et exitibus suis deffenentiis
cum omnibus aliis universis et singulis iuribus ad hoc stabilimentum pertinentibus et spectantibus vobis dicto Matheo Calafat et vestris stabilimus ut superius dictum est sub tali tamen pacto et
conditione quod pro cens. et melioramento inde exeuntibus detis et solvatis vos et vestri nobis et nostris a die tertia mensis decembris proxime preteriti ad unum annum et de inde anno quolibet dicta
die sex libras et quinque solidos monete Maio. cens. et cens. allatas solutas positas et portatas infra presentem villam Sancte Margarite cum pedagio quinque solidorum monete Maio. per vos
vel vestros more solito solvendorum quas possitis luere redimere et quitare in duabus equalibus quitationibus ad rationem de otto procentenario franco et quitio nobis et nostris et ex pacto
inter nos convento non possitis supradicta immobilia derelinquere reddere deserere sive desemparare quin prius redimeritis vos seu vestri nobis seu nostris quarta parte dictarum sex librarum
et quinque solidorum cens. videlicet unam libram undecim solidos et tres denarios cens. de numero dictarum sex librarum quinque solidorum ad rationem de otto pro centenario francho et quitio
nobis et nostris in hiis vero non proclametis neque eligatis vos vel vestri alium dominum dominium seu dominos nisi tantum dictum mag.m allodiarium et suos in suis predictis iuribus et cum allo-
diali et nos et nostros in dicto nostro cens. liceatque vobis et vestris post dies decem ex quo singulis fatica fuerit presentem acquisitionem vestram utendo omnibus melioramentis et augmentis
ibidem factis et de cetero faciendis dare vendere stabilire impignerare et aliter alienare indeque facere de predictis que vobis stabilimus vestras et vestrorum omnimodas voluntates Salvo tamen semper in pre-
dictis predirecto allodiali dominio laudimio et fatica ac jurisdictione decimo et cens. allodiali dicti magnifici allodiarii et suorum ac scribania publica eiusdem Salvoque etiam cens. predicto
nobis et nostris Promittentes et bona fide convenientes vobis et vestris quod predicta que vobis stabilimus faciemus vos et vestros et quos volueritis semper facere habere tenere et in sana pace perpetuo
possidere et defendere pacifice et quiete contra omnes personas Et tenemur inde vobis et vestris firmiterque tenere promittimus de firma et legali evictione et de omni damno ac etiam interesse
litis et extra Pro quibus omnibus et singulis supradictis sic complendis tenendis et inviolabiliter observandis obligamus vobis et vestris omnia et singula bona univ.tis dicte ville et singularium
eiusdem mobilia et immobilia presentia et futura Renuntiantes quantum ad hec libelli oblationi accordio unius diei firme iuris dationi pignoris ad decem dies et spatio quadrimestri Maio.
concesso bona mobilia non habentibus pro bonis immobilibus subhastandis et vendendis feriisque messium et vindemiarum dilationibus Et foro nostro proprio et privilegio eiusdem submitten-
tes nos et omnia bona dicte universitatis foro et jurisdictioni judicis et curie caballarie dicti magnifici Petri Raymundi Çaforteza in posse cuius promittimus ius facere pro premissis
illius jurisdictionem in nos porrogando et consentiendo. Pro intrata vero huius.di stabilimenti confitemur et in veritate recognoscimus habuisse et recepisse quinque solidos monete Maio. unde renun-
tiantes exceptioni dicte pecunie non numerate non habite et non recepte neque sic non geste et doli mali actionique in factum Et hiis presens ego jam dictus Matheus Calafat acquisitor predictus et continuo
stabilimentum acceptans promitto dictos domos terram vineam et clausos bene meliorare condirectas tenere nec non culturare dictasque decem quarterias frumenti cens. et allodiales dicto mag.co
de Bilalonga et dictas sex libras quinque solidos cens. vobis et vestris anno quolibet solvere ut superius dictum est dictaque immobilia non desemparare deserere nec reddere nisi prius
redempta quarta parte dicti cens. scilicet dictarum sex librarum et quinque solidorum ceteraque omnia et singula per me attendenda attendere servare et complere Pro quibus omnibus et singulis
supradictis sic complendis tenendis et inviolabiliter observandis obligo vobis et vestris omnia et singula bona mea mobilia et immobilia presentia et futura Renuntians quantum ad hec
libelli oblationi accordio unius diei firme iuris dationi pignoris ad decem dies et spatio quadrimestri Maio. concesso bona mobilia non habentibus pro bonis immobilibus subhastandis
et vendendis feriisque messium et vindemiarum dilationibus Et foro meo proprio et privilegio eiusdem submittens me et omnia bona mea foro et jurisdictioni judicis et curie caballa-
rie dicti magnifici Petri Raymundi Çaforteza in posse cuius promitto ius facere illius jurisdictionem in me porrogando et consentiendo Actum est hoc Maio. videlicet in villa Sancte Mar-
garite die quarta mensis aprilis anno a nat. Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo Sig+++na nostra Antonii Font alias Peretjal Petri Tou Barth. Roig et Stephani Bonet Jura-
torum stabilientium Sig+num meum Mathei Calafat acquisitoris predictorum qui hec laudamus concedimus et firmamus

Testes in quorum firmatione dempto dicto Barth. Roig sunt Anth. Rebasso et Francinus Font Bomenas, et testes firme dicti Roig qui fir. dicta die sunt dns Petrus Serverà scriptor Maio. et dictus Anth. Rebasso
Sancte Margarite —:: ——:

penes me Andream Capllu not.

106
PERG-106

... vinya ... firmas ...
... alfaba de dicha villa ...
... Publica ... Alçadiola

106

AYUNTAMIENTO ... MARGARITA
No. 86